



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator  
communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 3. Venialium citius quam mortalium remissio obtinetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

## §. II.

*Non omnia venialia in hâc vita cavere possumus.*

**A**lia est venialium ratio. Hæc omnia cavere optare possumus, sed in ista mortali vita perficere non possumus: propter quod & Sanctissimorum *Ioan. 1. sp.* vox est: *Si dixerimus, quoniam peccatum non c. 1. v. 8. habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis In Ps. 118. non est.* Etenim: *Quoniam tentatio est vita humana super terram, etiamsi à criminibus longè simus,* ait D. August. *non tamen deest, ubi desideriis peccati vel facto, vel dicto, vel cogitatu obediamus, quando adversus majora vigilantibus quædam incautis minuta surrepant.*

## §. III.

*Venialium citius quam mortalium remissio obtinetur.*

**E**iusmodi quidem minores defectus etiam in particulari longè difficilius plerumque quam majora & graviora delicta vitamus, ac per hoc facilius quoquè est, hæc quam illa absolutè cavenda proponere. Et tamen ut S. Bonaventura, & *Brevil. p. 3.* c. 8. vera afferit doctrina, citius est venialium quam mortalium veniam obtineri: ex quo

quo discimus, non æquè perfecto utro-  
bique opus esse abstinendi proposito.  
Discrimen hoc inter mortalia & venialia  
Justorum delicta notavit S. August. *De 10.*  
Dum dixit: *Ne putetis, Fratres, quia faciendis chordis cap-*  
*sunt quotidiæ adulteria, & eleemosynis quoti-*<sup>11.</sup>  
*dianis mundanda sunt: ad illa majora scelera non*  
*sufficiunt quotidiane eleemosynæ, ut ea mundent.*  
*Aliud est ubi mutes vitam, aliud est ubi toleres*  
*vitam. Illa mutanda est: si machus eras, noli*  
*esse machus: si fornicator eras, noli fornicari:*  
*si homicida, noli homicida esse: si ibas ad ma-*  
*thematicum, & ad cæteras pestes sacrilegas,*  
*jam desine. Arbitraris hæc, nisi fieri desinant,*  
*quotidianis eleemosynis posse mundari? Illa dico*  
*quotidiana peccata, quæ aut lingua facile com-*  
*mittuntur, ut est verbum durum, aut cum la-*  
*bitur aliquis in risum immoderatum, aut in*  
*hujusmodi nugas quotidianas. In ipsis concessis*  
*peccata sunt: cum ipsa uxore si exceditur concum-*  
*bendi modus procreandis liberis debitus, jam pec-*  
*catum est: in ipsis alimentis, quæ utique con-*  
*cessa sunt, si forte excedis modum, & amplius*  
*accipis, quam necesse est, peccas. Quotidiana*  
*sunt ista quæ dico, sed tamen peccata sunt, &*  
*non sunt levia, quia plura talia peccata dicimus,*  
*Fratres, quotidianis eleemosynis posse mundari:*  
*Non tamen sine debita ab eis conversio-*  
*Nam exclusivè accipiendum est,*  
*quod*

## 96 C O N V E R S I O

Serm. 34. quod idem S. Doctor alibi de his mino-  
de divers. c. ribus potissimum differens ait : *Omnia*  
12. *ergo præterita conversis ( non nisi conversis )*  
*dimituntur.*

Serm. de  
trip. Mis.

Augustinum secutus est Bernardus. In his, ait, à quibus abstinere non possumus, dum gestamus corpus peccati, ad salutem sufficere potest pænitentia quotidiana. At in gravioribus quidem, & quæ peccata ad mortem sunt, opus est non solum pænitentiâ, verum etiam continentia. Itaque, consolando ait alibi, Iuda & Jerusalem, nolite timere, si perfectionem, quam desideratis, nondum potestis adipisci; sed quod minus habet imperfectio conversationis suppleat humilitas confessionis, & imperfectum vestrum videbunt oculi Dei. Propterea enim mandata sua mandavit custodiri nimis, ut videntes imperfectionem nostram deficere, & non posse implere quod debet, fugiamus ad misericordiam & dicamus: Quoniam melior est misericordia tua super vitas; & qui non possumus in vestitu innocentiae, seu justitiae, appareamus vestiti confessione.

Introductio-  
nū ad vitam  
devotam lib.  
2. c. 19.

Hæc ad solamen eorum qui circa venialium confessionem nimis sollicitudine anguntur: & ex adverso qui sic nimis incuria laborant, cogitent hæc duo monita Salesii: habe semper veram displicantiam de peccatis, quæ confiteberis quantumvis parva sint, cum firma resolutione de-  
bet. inceps

incepit emendandi te: abusus est confiteri aliquod peccatum cuiuscumque generis illud sit sine mortale , sine veniale absque eo quod velit se ab eo purgare. Hæc ille.

## §. I V.

*Pro quorundam venialium pœnitentia impetranda , laborum & precum instantiâ opus est.*

**I**Taque à venialium ad mortalium pœnitentiam non debita fit ratiocinatio , neque ex illius facilitate huic difficultati præscribitur. Addo nunc & ipsam venialium pœnitentiam labore & precum instantiâ haud raro debere obtineri. Etenim si quis ( ut sunt plerique ) venialibus quibusdam affectibus sit implicitus , potest quidem his affectibus nondum exclusis sufficientem de aliis pœnitentiam agere , attamen ut & ipsis affectibus renuntiet , ut oportet , ac debitè ab iis resurgat , multo ei opus est studio , multâ prece , multumque repetitâ. Noverunt hoc qui attentant , frequenter velle adjacet eis , sed tamen non inveniunt & facere , nisi petendo , quærendo , pulsando , à quo habent desiderium , impetrant & effectum. A quo si ad mortalia argumentari licet , adversus Appendix est concludendum.

G

Sj